



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 4. Franciscus Canonici Mascambrunus Romæ extremo supplicio affectus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Sæc. XVII. comprehendi, & Vincennas primo, ac
A. C. 1652. postea ad Nannetensem arcem abduci
 iussit. Comperta Cardinalis captivi-
 tate Franciæ Præsules, Sorbonæ Do-
 ctiores, ac præcipue Parisienses Cathe-
 dralis Ecclesiæ Canonici de violata im-
 munitate graviter questi, Pastorem suum
 in libertatem asseri petebant, hancque
 in rem per triduum Sacratissimam Eu-
 charistiam exponi præcipiebant: Insu-
 per summus Pontifex Morinium Lugdu-
 nensem Archiepiscopum Parisios ad Re-
 gem deputabat, ut Sacræ Sedi, quæ
 sola competens esset Cardinalium Ju-
 dex, capti Præsulis causam reservari
 impetraret: priusquam vero hic Archi-
 episcopus iter aggrederetur, Regii Se-
 natus literas Lugduni acceperat, qui-
 bus ulterius progredi prohibebatur: ne
 tamen ea res in funestos successus e-
 rumperet, Mazarini Cardinalis pruden-
 tia, dexteritasque præpedivit.

§. IV.

*Franciscus Canonici Mascambrunus
 Romæ extremo supplicio
 affectus.*

*Acta crim.
 Rom. Ma-
 scambr. Ful-
 den. Hist.
 temp. l. I.
 pag. 35.*

Infelicitis sane prosperitatis monumen-
 tum exstitit Franciscus Canonici, di-
 ctus postea Mascambrunus. Hic tenuis
 fortunæ parentibus Apirij ignobili Mar-
 chizæ

chiæ Anconitanæ Pago natus, Romam Sæc. XVII.
 venit, fuique ingenii docilitate celebris A. C. 1652.
 Caussidici Camilli Mascambruni patro-
 cinium, favoremque tam feliciter au-
 cupatus est, ut hic eum non modo la-
 boris socium, sed etiam suæ Biblio-
 thecæ, legalium scriptorum, proprii-
 que cognominis hæredem scriberet;
 cum autem multa laboris assiduitate,
 longisque vigiliis jurisprudentiæ scien-
 tiam velut exhaustisse videretur, exopta-
 toque successu caussam Andreæ Justi-
 niani, qui postea Pamphilio Cardinali
 affinitate junctus erat, feliciter pertra-
 ctasset, hujus Cardinalis amicitiam sibi
 tam prospero conatu conciliabat, ut
 ab eodem in Papam electo Auditor Pon-
 tificius, & continuato fortunæ afflatu
 post Pancirolli Cardinalis obitum Pro-
 Datarius nominaretur, tanti a Ponti-
 fice habitus, ut universæ Aulæ Ponti-
 ficæ, Olympiæ, ipsisque Papæ ami-
 cis, ac præcipue illis, qui ejus fortu-
 nam plurimum promoverant, sese for-
 midandum, soli autem Pontifici gratif-
 simum redderet, spretoque Cecchino
 Cardinale Datario pro summo imperio
 Datarie negotia expediret: Verum
 brevi tam effrænis arrogatæ auctorita-
 tis intemperies in sædissimas sacrati
 hujus tribunalis corruptelas, erumpe-
 bat, excussisque, quibus Mascambruni
 cupi-

Sæc. XVII. cupiditas refrænari potuisset, habenis
 A. C. 1652. concinnus ordo in fœdam confusionem,
 justitia in venalitatem, & Sanctitas in
 publicam proborum offensionem dege-
 nerabat; Mascambrunus enim toto tem-
 pore, quo Datarix officio fungebatur,
 turpissimas beneficiorum nundinationes,
 falsitates, & enormia scelera incredi-
 bili prorsus libertate, & impunitatis
 fiducia committebat: nunquam vero
 abominabilis scelerum enormitas magis
 patuit, quam dum Innocentius Papa
 anno priori per plurimos Menses gra-
 vissima detinebatur infirmitate; tum e-
 nim soli Mascambruno liber ad eundem
 patebat accessus, qua opportunitate
 usus, plures literas Apostolicas falso
 conceptas summo Pontifici subscriben-
 das supposuerat: Accidit eo tempore,
 quod quidam Comes de Villa - Franca
 de Sodomix vitio insimulatus, ut Lu-
 sitanæ Inquisitionis Tribunal, ejusque
 severitatem declinaret, Romam con-
 fugeret, ac profuso largius auro Ma-
 scambruni Pro - Datarii patrocinium
 imploraret: Hic ergo confestim libel-
 lum supplicem, simulque adulterinum
 conficit diploma Pontificium, quo In-
 nocentius Papa hanc causam a Lusi-
 tano Inquisitionis Tribunali ad se evo-
 cans, illam laico Judicio committere
 dicebatur, hocque rescriptum Mascam-
 brunus

brunus solito suo artificio Pontifici sub-
 scribendum tradidit: Enimvero adulte-
 rinum hoc diploma, priusquam enor-
 mis hæc falsitas fuisset detecta, non-
 dum Roma in Lusitaniam fuerat trans-
 missum, illius tamen notitia jamjam in
 hoc Regnum pervenerat, non sine ma-
 xima Lusitani tribunalis indignatione,
 eoquod ex plurium Pontificum privile-
 gio Inquisitioni Lusitanæ judicialis co-
 gnitio causæ, quæ ex Sodomixæ crimi-
 ne oritur, semper fuisset reservata. Au-
 gebatur insuper indies Romæ rumor de
 insolito hoc Pontificio favore, in cuius
 suspicionem trahebatur Mendesium Cu-
 riæ Romanæ Prælati patria Lusita-
 nus; hujus tamen innocentiam vindi-
 care nitebantur ejusdem amici, vehe-
 mentius quoque apud summum Pon-
 tificem desuper querebatur quidam Je-
 suita Lusitanæ Assistens: Horum que-
 relis tandem e somno excitatus Ponti-
 fex, Cardinali Cecchino Datario nego-
 tium dedit, ut in tanti sceleris aucto-
 rem inquireret: frustranea tamen erat
 hujus Cardinalis solertia, eoquod Ma-
 scambrunus hoc Breve nequaquam in
 Datarix Curia, sed in alio Officio, quod
contradictorium appellant, per Josephum
 Brignardellium hominum venalem ex-
 pediri curasset: Habita vero hac notitia
 Brunenghius prælati Officij Præses

Sæc. XVII.
 A. C. 1652.

COR-

Sæc. XVII. confictum hoc diploma Brignardellio, A. C. 1652. & Nicolao Gour, qui illud descripsit, necnon Mascambruno tum præfenti exhibuit, & facti rationem ab eis petiit: ceteris vero tacentibus, solus Mascambrunus ferrea sane frontis orisque pervicacia, ipso etiam Deo in testem vocato asseverabat, appositum chirographum nec suum esse, nec Pontificis, sed malitiosa imitatione adulteratum: Insuper, ut omnem a se suspensionem amoveret, studiosa sollicitudine in hoc Breve ejusque fabricatorem indagari postulavit, ac ipsemet unacum Brignardellio in ipsa Dominicæ Nativitatis nocte ad Didacum de Soffa Canonicum Lusitanum, in cujus ædibus hæc Bulla reperiebatur, curru contendit, huncque Canonicum decennali carcere plecti & Brunenghium custodiæ dari curavit, clandestinam vero fugam Brignardellio suavit, postea intrepide summo Pontifici spurium hoc Breve exhibuit, atque ementito Zelo sceleratos ejusmodi falsarios extrema legum severitate castigari petiit. Aliorum exitio, & complicitis fuga delituisset Mascambruni iniquitas, nisi Deo ita disponente supplex libellus fuisset a Brunenghio Præsidi repertus, ex quo vera summi Pontificis subscriptio fuit detecta: Sub idem tempus Farnesius Urbis Romanæ Gubernator,

nator, qui Brignardellium ante fugam suam per plures horas cum Mascambruno contulisse, eumque de pluribus aliis artibus perversis, dolis & fallaciis insimulari compererat, mox Papam convenit, & Mascambrunum custodiri petiit: Hunc vero Pontifex accersiri iussit, ac verbis oppido asperis minisque vehementer objurgavit, qui etiam confestim supplex ad Papæ pedes prostratus, veniam precabatur, atque expertæ ipsius indulgentiæ & Rosfanæ Principis patrocinio confisus, etsi ad celerem fugam ab amicis suis esset stimulatus, intrepide ad consuetam Congregationem in ædibus Pamphili Cardinalis habitam die vigesima Januarii accessit, tertia autem post die ex ædibus suis ad carceres novos deducebatur, ubi crebro examini subjectus, accusabatur, I. quod libellos supplices a Pontificibus jam subscriptos, necnon Apostolica diplomata, & præcipue Bullam Urbani VIII. circa Ecclesiam Collegiatam in Firmana urbe recens erectam adulterasset, immutasset, additisque clausulis concessionem Pontificias ad alienum sensum detorsisset II. Plures libellos supplices, & literas, quibus alios titulos & summaria a materiis intus contentis diversa præfixisset, summo Pontifici subscribendas obtrulerit,

Sæc. XVII.
A. C. 1652.

Sæc. XVII. ferit, & pro arbitrio suo Pontificias
A. C. 1652. gratias & indulta fraudulenter extor-
 sisset. III. Multa scutorum millia sæ-
 pius Officio de componendis Missarum
 obligationibus subtraxisset, ac sibimet
 vendicasset. Enimvero Mascambrunus
 pro ea, qua præditus erat, forensium
 causarum peritia, ingenii sagacitate,
 & linguæ promptitudine variis artibus,
 effugiis & jactato ipsius Pontificis con-
 sensu & scientia hæc accusationum ca-
 pita eludere nitebatur: Nihilominus
 cum in literarum Apostolicarum falsi-
 tate sese maximis, plurimisque crimi-
 nibus implicasse, & in suo munere om-
 nino Pontificis famæ, debitæ rectitu-
 dinis, fideique oblitum, ac propriæ avar-
 ritæ & pecuniæ cumulandæ addictum
 fuisse, pene innumerorum testimoniis
 convictus esset, & insuper Brignarde-
 lius & alius perpetratæ fraudis conscius
 e fuga Romam deducti crimen fateren-
 tur, Mascambrunus post trimestrem
 carcerem, causamque accuratissime
 discussam, & diuturno examine venti-
 latam suo primum officio exutus, de-
 mum Judicum sententia ad laquei sup-
 plicium in ponte S. Angeli subeundum
 damnatus est. Hanc tamen severita-
 tem summus Pontifex temperans indul-
 sit, ut privatim in carceris foro capite
 plecteretur. Ergo ex carcere suo ad
 Eccle-

Ecclesiam sancti Salvatoris in Lauro Sæc. XVII. A. C. 1652.
 deducitur; ubi ab Apostolico Pontificii Sacelli Sacrista juxta ritum Ecclesiasticum Sacerdotii dignitate & vestibus Sacris spoliatus, inter lictores medius ad carceres rursus conducebatur, altera die capite imminutus, cujus corpus per quatuor horas palam in ponte S. Angeli toti urbi spectandum exhibebatur, ut violata fides, corrupta Justitia, & profanata Tribunalium Sanctitas in Romanorum, exterorumque animis per publicam vindictam, & hujus prævaricatoris supplicium restauraretur: Jam antea Guido Canonici Mascambruni Nepos die vigesima tertia Januarii captus, cunctisque suis bonis ærario addictis ad triremes fuit condemnatus, & Octavius Canonici ejusdem Mascambruni frater Collegiatae ad S. Eustachium Archipresbyter ad carceres cum pluribus aliis ejusmodi fraudum consciis raptabatur.

§. V.

Sinenfis Imperatoris Legatio ad Innocentium X. Papam decreta.

Jam ab aliquot annis in Sinarum Imperio Christi fides tantis per adversa Tulden. Hist. temp. l. 2. Briet. Ann. nat. Mund. ad hunc ann.
 etiam accessionibus quotidie increfcebat, ut in magna hujus Regni parte plures
Hist. Eccles. Tom. LXII. B ædes